

226 CORTESIUS (Alexander).

Oratio habita in aede Divi Petri in Epiphania, 1483.

Black Letter, 33 long lines to a full page. Capital spaces; spaces left for Greek.

4to. Vellum.


(Rome, Stephan Planck, after 25th January, 1483.)

Hain *5773. Proctor 3635. Pellechet 4006. British Museum Catalogue, Vol. IV, p. 82.

¶ Only one copy in U.S.A. (according to Census).







Sirto.iiii.pon.mar.Alexander Corte sius.

Abui orationem Sirte.iiij.pon.Mar.his diebus corā
tuor. R. Car. Senatu in solenni Epiphanię celebrata
Quam quidem quoniā crebꝛę amicoꝝ efflagitationes cogebant
vt traderem librarijs imprimendaz: Nolui quicqꝫ moliri prius qꝫ
tuę sedis apostolicę numen quod orbi terraz pꝛesidet inuocarem
Quo certe nihil maius in rebus humanis inueniri potest: A quo
benefacta omnia mortaliū demanant: Cui quicquid fit laude di
gnū referri debet semper acceptum Sanctitati tuę iccirco has me
as primitias: vt in poetica olim cum tuas res gestas celebrarem:
ita nunc in oratoria vltra offero 7 dedico. Neqꝫ tamen hoc scribo
quod existinem a. S. L. quę imensis humani generis gubernan
di curis occupatur id legendum fore: Cum iam pridem non meru
erit mea vox dum perorarem ad sacratissimas aures peruenire.
Sed feci vt siquando huius rei seriem quocunqꝫ intelleris be
nedicat tibi dextera tua: qua certe neqꝫ diuinius neqꝫ celestius
quicqꝫ haberi decet. Deus te seruet Princeps clementis. Sapien
tię tuę ac pietati feliciter dignitati opti. r. mar. feliciter.

Alex. Cortesij oratio: quā habuit in eade diui Petri frequē
ti. R. Car. Senatu. viij. idus ianuarij: in Epiphania.

Vidimus stellam eius in oriente ꝛc.

Vt ceteros. P. Ampliss. ad hoc dicendi munus suscipi
en dum: solent ad hortari: ea me his temporibus maxi
me deterrent: vel qđ illis qui ante huiuscemodi orationes in hoc
ordine habuere: quantum mihi annis: ingenio: doctrina: prestite
re tanto fiducia maior ad dicendū fuit: vel quod eo formidolosi
us est dicere. Quo multo Illustriss. clariss. sapientiss. audito
res a. I sunt: Quorū etiam ora oculosqꝫ intueri sanctū est ac religio
sum: Ita. P. A. vestra hęc presentia: loci maiestas: pontificiū: con/

sessus: reliquorum frequentia respectatio: que omnia alacritate
quandam audiendi pre se ferre magno silentio videntur meis viri-
bus diffidentem animum sensusque et pectus horrore quodam per-
terrefaciunt atque perturbant. Varu enim vero tametsi conspectus
vester sanctissimus locus angustissimus status huius orationis
eminentissimus sapientissimorum virorum preclara ingenia exer-
ceret: ne dum ipse qui neque etate neque industria valeo tantum pon-
deris sustinerem: tamen ea me spes erigit atque extollit quod confi-
do vos pro vestra incredibili inauditaque humanitate etiam si sapi-
entissimis vestris auribus non satisfecero indolem hanc voluntatemque
in re tam ardua probaturos reliqua vero imbecillitati mee cuncto
naturus. Quod si nulla alia ratione in tanta formidine refici rei-
crearique poterat nonne ad decus hoc aditu laudis excitari infla-
marique debueram? cum proposita his studiis premia viderem non
ea tantum que vos abundantissime virtutibus conferre semper con-
sueuistis. Vix etiam beatitudinis future immortalia illa atque eterna
Que cum animaduernerem oblatam subito mihi eam dicendi ma-
teriam cognoui qua nihil verius: nihil excellentius nihil admira-
bilius inuenitur: Etenim de Epiphania hoc est de apparitione domini
dicturus sum. Qua quod potest esse amplius quam cum de summa
pudentia? Quid celestius quam cum de astris et celo? Quid diui-
nium quam cum de deo loquitur: admonet: docet? In qua re non tam
vereor ne nimis multa dixisse quam ne potius plura pretermis-
sive videar: ita quantum fiduciam mihi cause dignitas tribuit tantum animo
destrabit magnitudo. Quid prius memorem? p. H. unde incipit su-
maz quam nam tanta cuiusque dicendi copia? quod tamen ingenij flumen? que
tanta vis tantaque facundia potest inueniri que non dicam tracta-
re aut explicare: sed perstringere aut delibare tam immensam chri-
stiani numinis amplitudinem possit? Quid enim maius post ho-
minum memoriam fuit: quam cum ex siluis rudes: agrestes: pastores
tum ex disiunctissimis regionibus reges: sapientes: Magnos: illos
diuinis nuntiis: hos syderis ductu tanta terrarum spacia emens: os
vniuersi mundi auctorem: nullo parentis dolore editum: in feno

in stabulo: in præsepio expositum: infantem: hospitem nudū: adoratum suppliciter venisse. Sed quā sine diuina ope nihil bene potest euenire tantę materię campum ingressuri virginē prius Mariam veluti olim Magi ad genua prouoluti adueniremur. Dem eam deprecemur vt his oculis quibus illos intuebatur nos quoq; aspiciere dignet̃. postremo etiam vt mihi huius mysterij primordia recensere conanti libens volensq; assit atq; aspiret: Ergo per hennem illum misericordię fontem salutatione angelica tacite inuocemus. *Aue Maria. 7c.*

Hunc vero cum potentissimū orationis meę exorsus illinc merito puicisci videat: vt de stella primū. Tum de magis: demum de muneribus pauca disseram: iure mihi in primis video genus stelle per tractandum esse: In quā quidez questione præterhec quę nos de genere dicturos proposuimus pleriq; tempus ac locum adiacere: De quibus omnibus dicam quę breuissime potero: genus aut̃ est hmoi vt neq; de ijs stellis quę fixę vocant̃: dici possit: neq; de numero inerrantiū existimari. Quaz omniū alię in altissimo mūdi vertice sitę: summo celo inherent. alię autē certo vagantes erroze per signa zodiaci feruntur. Reliquū est igitur: vt ex his eam fuisse dicamus quas repente in aere nasci compertuz est. Motu enim celestium corporū quorū vis calefaciendi attrahendiq; est: materiā calidā 7 siccā eleuari in extremā vsq; aeris regionē: 7 ratione ardoris: loci: impetū illorū eam inflammarī vertiq; in effigiem stellę: reiectis aliorum opinionibus tandem Peripatetici comprobauerūt. Quod si rarior fuerit ille vapor: quis nescit eum celerius dissolui. ex quo plerūq; cadere sydera videntur. Si vero densior sit quis dubitat quin diutius protrahatur 7 fiat Cometes. Quęz tamen neq; longius lxxx. dieb; neq; breui; vij. perdurare annotatū est. Cur velocitate continentis: pauloq; tardius ob crassitudinem mouetur: nisi forte eum aliquod aut insequatur astrum aut comitetur. Nam tū demum vnacum astro circa terraz sese reuolvente cursu extinguitur diurno: Nozum ortus perniciosus Principibus Sillij testimonio habetur.

Crineq; flāmiuero terret fera regna Cometes.
Sanguineum spargens ignem: mouet atra rubentes.
Far celo raptos: 7 sēna luce coruscuntur.
Scintillat sydus: terrisq; extrema minatur.
Sed quid ad rem? hic me implicat difficultas.

Nam quo me vertam? an ne primum syderis huius: naturam cō
plectar cum fuerit p̄ter naturam? An astronimę regulis euoluā
cum hęc sacra sint illa profana? An vatum oracula commemorem
quorum plena sunt volumina quod infinitum esset? An gentium
exēple repetam: cum hęc omnia quę vnq; fuerint miracula exce
dant? Quibus illa non modo: equare nephas verum etiam con
ferre impiū est: Lutiū ergo quēdam super *Timeo* Platonis hu
iūsmodi verba referentem imitabor. Est quoq; inquit alia sancti
or: historia quę perhibet ortu stellę cuiusdā: Non morbos mortef
q; nunciatas: sed descensum venerabilis dei ab humanā conuer
sationis rez mortalium grāciam: Quam cum susperissent Chal
deorum sapientes viri: 7 in consideratione rerum celestium satis
exercitati quesisse dicuntur recentem ortum dei: repertaq; maie
state puerili veneratos esse 7 vota tanto deo conuenientia nun
cupasse: Non ergo illi viderūt: vt apud *Lucanū*.

Ar dentemq; polum flammis celoq; volantes: Obliquas per ina
ne faces crinēq; timendi. Syderis 7 terris mutātez regna Come
tem: Nec viderunt *Claudiani* illud Auguriū qualis facturus ini
quū: Pręces sanguineo delabitur igne Cometes: Prodigale ru
bēs non illum nauita tuto: Non impune vident populi sed crine
minaci: Aunciat aut ratibus ventos aut vrbibus hostes. Et pro
fecto sic est. Cędo fuerit angelus domini: fuerit spiritus sanctus:
fuerit vnum ex supernis illis astris: fuerit tum primum ab opifi
ce rez factum: Non cęratias qualem vidit *Gręcia* cum ad Sala
mina pugnaret: Non *Lypon* quem vti diruz *Ægyptij* abominā
tur. Non crinita q̄ *Cęsar Augustus* patris animā falso existima
ri voluit: Non *Dogonias*: Non *Xypias*: Non *Hyppeus* 7 ne sin
gula enumerē nihil horū ostentoz fuit: Nouus saluator venerat:

Nova lex firmanda erat: Nouum sydus terris effullit. De gene-
re vt opinor satis dicimus. Nunc vero tempus ac locū perscrute-
mur: de quo dubitasse plerōsq; intelligo. Quippe alij biennio ante
natalem dñi alij vt primum in lucem prodijt lux eterna ortum sy-
dus suspicantur: Diuis Augustino ⁊ Chyphostomo difficile visus
est tam longum iter: tam breui tempore fuisse confectū. Quorum
quidē auctoritati facile cederem nisi ⁊ seipm idem Augustinus
mor emendasset ⁊ aliorum mihi sententia prestabilior videretur.
Nam de loco quid dicam? In iudea non nulli principio stellā ma-
gis oblatam putauerunt. Pars a Perside vsq; contemplantibus
affuisse confirmant. Quos ego si liceret redarguerem ⁊ nimie
curiositatis accusarem. Quid enim iuuat in minori negocio rati-
onem querere: cum eam in maiori contennas? Quasi vero nō dif-
ficilius fuerit angelos dei puocasse pastores. De quo tñ nihil am-
bigitur. Aut non idem sit venisse eos etiam si inter illud biennio
confecerint ac si tredecim dierum spacio peruenerint. Dummodo
constet venisse non ne eundem assecuta fuit effectum. noui syde-
ris claritudo? Ceterum nos somnoꝝ viroꝝ controuersiam in
medio relinquāmus ⁊ iam veniamus ad Magos: fuisse magos
persarum sacerdotes proculdubio inter omnes scriptores conue-
nit. Qui duabus his artibus sapientia ⁊ pietate facile rel q̄s mor-
talibus antecellerent. Quarum altera futura diuinare: altera pi-
pitias sibi deoꝝ mentes conciliare putarent. Illud itaq; inge-
nij: hoc virtutis opus habebatur. Hos igitur ingenij prius glori-
am erequamur. Quę enim litterę? Qui auditores? Quę historie
eozum scientiam non celebrarunt? Jam vero quis ignorat illoz
disciplinas nullis intercedētibus commentarijs per tot milia an-
noꝝum prope miraculo perdurasse? Testes sunt nostrozum locu-
pletissimi Magnus Leo ⁊ Diuus Gregorius qui prudētissimos
illos ac sapientissimos frequenter appellant. Testis Aristoteles
Stagyrites philosophozum princeps qui in libro Quez magicon
inscripsit Aegyptijs Magos ait esse antiquiores qui primi philo-
sophiam inuenerunt: auctore zoroaste. Testis Martinus Tullius

eloquentię decus. Et in perlis inquit diuinant Magi qui con/
gregantur in fano inter se commentandi et colloquendi causa.
Nec quisquã Res perlarum potest esse qui non ante Magorum
disciplinam scientiamq; perceperit: Testis Plinius Hystorie in
primis grauis auctor. Pythagoram: Empedoclem: Democri/
tum: Platonem ad hanc discendam exilijs verius q̃ peregrina/
tionib; susceptis nauigasse: hanc reuersos predicasse: hanc in ar/
chanis habuisse. Testis iterum Marcus Tullius Qua nocte in/
quit templum Ephesię. Dianę deflagrauit eadem constat ex O/
lympiade natum esse Alexandrum atq; vbi lucere cepisset clami/
tasse Magos pestem ac perniciem Asię proxim: nocte natam. Te/
stis herodotus Alcarnaseus quod Astyagi primum postea Cy/
ro somnia illa celeberrima fidissime interpretati sunt: Et cum al/
ter ex sorore vitem dıcreatam vidisset in somnijs quę ramis Asi/
am obumbraret. Alter tres soles apprehendere conanti sibi e ma/
nibus effugisse illi ex ea qui totius Asię potiretur nasciturum hu/
ic triginta annos regnaturum quod vtrumq; euenit verissime
predixerunt. Testes omnium gentium linguę omnium monu/
menta populorum artem illam quam ab iuuentoribus Magitaz
vulgus appellat natam primum ex medicina 7 mathematicis su/
perstitionum viribus aluisse ac desideratissimis hominibus
pollicitis eam adoleuisse. Quę quidem omnia summa fuisse in
his rerum peririã liquido demonstrant. Quo circa iam virtu/
tes reliquis persequamur atq; imprimis auspıacissimum diui
Hieronymi preconium afferamus qui illozum abstinẽtiam ex
Ebuli hystorijs acceptam his verbis illustrat. Tria enim gene/
ra Magorum apud Persas fuisse commemorat: quorum primos
qui sunt doctissimi atq; eloquentissimi excepta farina 7 olerẽ ni/
hil aliud solitos in cibo sumere. At laertium Diogenem: Diodo/
rum Siculum: et Ptolomeum in extremum collocaui quon iam
nulli eorum quos legerim de Magorum moribus ac disciplinis
copiosius disseruere. Qui nec Indozum Gymnosophıstis: Nec

Judeorum Essæis : Aec Galloꝝ Druidis : Aec Assyriorum
Chaldeis : Aec Aegyptioꝝ sacerdotibus Magos persarū vel
scientia rerum : vel vite integritate : vel cultu religionis vel ora-
culis precinendis inferiores vlllo modo existimant : Immo vero
et fuisse auctores sapientie affirmant et vota et sacra dijs facere
consueuisse veluti soli ab his exaudirentur . Diuinationem exer-
cere : statuas redarguere : Delubra non fabricare quod ignora-
rent effigiem dei . Quin etiam cum frequenter inciderim in di-
scepcionē de Astronomiæ inuentoribus . Cum nonnulli Aegy-
ptios vasis greis atqꝫ horoscopis summa industria deprehendi-
se eam contendant . Alij Babilonios qui propter vastam planiti-
em assiduo patentis celi aspectu motus traiectionesqꝫ stellarum
contemplarentur : alij eos qui in Caucaso signa circuli obserua-
uerint quod primi eorum cursus persecuti sint . Pars athlantem
Lybicum principem huius artis extollant . Quidam Hyppar-
chum consumatorem dicant : qui in sexcentos annos stellarum
ambitus atqꝫ discursus quasi naturę cōscius posteritati manda-
se memoratur . Complures tamen me reperisse memini qui vel in
primis Magozum studijs deferant palmam quod hij iusticia et
religione que deo gratissima creduntur inter mortales presta-
rent totius mundi noticiam veluti diuis instituti alloquijs ha-
buisent . Quod si Thaletem Milesum defectionem solis pri-
mum Astyge regnante predicisse legimus . Si . P . Rigidum ac-
cepta hora Octauiani partus dominum terrarum orbi natum af-
firmasse audiuimus . Si . Anaximandrum monitus prius lacede-
monios vt ex vrbe ruitura exirent ab interitu liberasse accepi-
mus . Quid mirum Magos syderum contemplationi semper in-
tentos tantum mysterium preuidisse ? Ruinam asię ex incendio
templi presagiare : humani generis salutem ex sideris nouitate
non presagient ? Regem mortalem ex vitis amplitudine vatici-
nati sunt : Regē eternum ex clarissimo iubare non vaticinabunt ?

Cyri & Alexandri caduca imperia predicere Iesu christi regnum
sempiternum non predicent: Equidem eos committere magnus
piaculum reor qui audent cogitare deum omnipotentem in ortu
principium terrenorum signa quedam plerumque misisse: & qui ea
interpretarentur multis sensum inspirasse. Tum vero cum vni
genitum filium nasci hominez iussit portenta e celo tam clara de
disse: & nemine qui ea intelligeret inueniri potuisse. Qua re ma
gos seu peritia astrozum miraculum admiratos. Seu a Balaam
quondam oraculis monitos: siue etiam quod sanctius extima
tur qui iam dudum a malis demonibus circumuenti vt alium
esse deum cognoscerent atque vulgarent: dei instinctu conuoca
tos veritatis esse arbitros regios illos ac sapientes pietatis castos
atque integerrimos estimare. Que quoniam simul a religionis no
stre magnis assertoribus defensata: simul a primis illis sacre le
gis conditoribus approbata pie ac sincere credimus iam consul
to pretermittam. Video in me omnium oculos coniectos quasi
suo loco expectantium vt antiquas fati questiones attingam et
Priscilliane heresis commenta peruertaz: que hanc stellam fuisse
fatum domini impudentissime asseuerabat. Itaque reprehenden
da est illozum impietas cum iam probatum sit hominis vitaz non
subijci vsquequaque cursibus syderum: & gemellos eodem puncto
temporis natos diuersa vsos fortuna compertum sit: & apud Per
sas Itemque apud Gallos & nunc quoque in Hispania regna per suc
cessionem tradi & cum vna priuati & serui cum regijs filiis nascan
tur hos in regno: illos in seruitute vitam agere. Prouidentiam
vero esse in supernę mentis firmitate fatendum est. Nam quod
verti omnia turbato ordine sepe arbitrari nostri iudicij censen
dus est error non prime illius cause que mutari non potest atque
bonum omne quod est facit & creat. Quod si prouidentia est sum
ma ratio que cuncta disponit: esse etiam fatum oportet inherentes
rebus mobilibus dispositionem: vt veluti ad intelligentiam: ra
tiocinnatio: ad id quod est: id quod gignitur: ad eternitatem:
tempus ad punctum medium circulus: Ita sit fati series mobi

lis: ad prudentiæ stabilem simplicitatem: Quam veteres catheras
auream circum sese reuoluentem nominauerunt. Sed plerique eorum
qui fatum esse concedunt liberum voluntatis arbitrium tollunt
quasi alterum alteri obstet: et profecto falluntur. Nam porro in-
quit Augustinus: si deus præsciuit quod futurum esset in nostra
voluntate non utique nihil sed aliquid futurum esse præsciuit: Er-
go et illo præsciente aliquid est in nostra voluntate. At enim si ani-
ma nostra intellectiva primi intelligibilis naturam representat
certe quod a deo proficiscitur fati nexibus non coherceretur:
Namque orbis sese circum cardinem vertens quanto propinquior
est tanto illius nature magis est particeps et minoribus fati vin-
culis implicatur: Quod si quoquo modo illi coniungatur penitus liber
atque solutus est. Impudentius progressus sum in has questio-
nis angustias vobis præsertim audientibus. Patres. A. qui om-
nia hæc non solum didicistis exactissime: verum etiam eloquen-
tissime docere potuistis. Quorum innumerabiles virtutes cum
hac perpetua felicitate coniunctæ faciunt nescio quid consumma-
tum atque perfectum ut non minor sit eorum qui vobis parent in
exequendo quam vestra qui imperatis in iubendo voluptas.
Sed profecto melius est immortales vestras laudes tacite vene-
rantes silentio præterire: ut fit in sacris quæ verbo temere violare.
Itaque ad propositum reuertamur. Venere Hierosolymam Magi
quod ubi primū intellexit: herodes blanditus ut adorato eos intellexit
puero ad se rediret. O clemētiā inauditā. O scevitiā intollerādā.
O leuissimi hoīs vanitatē: Tu nascenti christo insidias: Tu mor-
tem immortalitati cogitas: Tu diuinum ordinem dolis puer-
tere contendis: abiire illi: non reuertuntur. Quid furis? Quid
sceuis in pueros innocentes: ut ne tuo quidem sanguini parcas?
Quid frustra insontes trucidas? An ignoras quot in terra occi-
dis tot in celo renasci? Sed diu me ambiguum distrahit. Que
nam maior fuerit clementia an Herodis qui diuina turbare au-
deret: an Phariseorum qui quid scirent alios docerent ipsi face-
re negligenter. Idemque ille Inquilinus iudaicorum expertus sai

crozum per vim imperium arripuerat. Non dum regni munimen-
ta firmarat. Reliquias omnes regie stirpis extiguere agitante mi-
nima suspicio deterrebat. Postremo illum diuinitus eo vesanie p-
gressum reor vt in lignis nefarie atrocitatis facinus patraret: quo
per vniuersum terrarum orbem inauditi fama flagitij vulgaret-
ur iam tum suauis salutis ignis: vni genus humanum liberatoris
sui accessum quocumq; modo presentiret. Id eum quam late patuer-
rit hinc licet estimare quod Octauium constat dixisse per iocum
malle se Herodis porcum esse q̄ filium. Multa ergo Tyrannum
excusent si quis damnato venie locus esset. At vobis iudei que ta-
ta caligo: que tenebre: quis stupor mentes occupauit. Didicistis
a parentibus vestris venturū dei filium cum regnū vestrum ade-
ptos transferretur: translātū erat: cur non credidistis? Patres
vestri Bethleem patriā futuri verbi precinuerunt vos docuistis
venerat verbum: cur non credidistis? Barbari legum vestrarū in-
scia vobis nascentis dei locum quesiere: vos demonstrastis: illi
adorarunt: vos non adorastis. Si hec Barbari que vos contēne-
batis fecerunt: Cur non credidistis? Sint sane hec obscuriora: Si
illa non persuadent vt obmittam Abraham: Moysen: Jacob: reli-
quosq; originis vestre auctores totiens id vaticinatos. Quid cla-
rius dici potest q̄ a Dauid magnificentissimo vatur? Misit ver-
bum suū et sanauit eos et liberauit eos de corruptionibus eorum.
Quid proprius q̄ ab Hysaia? Spiritus domini super me propter
quod vncit me euangelizare pauperibus misit me predicare capti-
uis indulgentiam: et cecis lucem. Multa me pretereire loci huius
ratio cogit. Sed quem per deum immortalem hec oracula non p-
mouerent statuas: sara: excitarent: Hebræi mortalium pertina-
tissimi nondum etiam conuertimini? Quousq; tandem in ista p-
fidia versabimini Semper ne proterui et obstinati: Semper ne cō-
tumaces perdurabitis: Quin erurgitis et capescite ritum christi-
anum: Aspice reges memorabili pietate qui tugurius ingres-
si humili cespite circumseptum in medio bouis et aselli puerum ru-
bentem palpitantemq; comperiunt humi iacentem: Juxta virgū

culam torulo paleę instratum tenerum corpus vilipanno inuol-
uentem: atq; anhelitu pecoruz recentis fetus tremulos arctus fo-
uentem: O predicandam Magorum fidem: nondum viderant
7 credebant: viderunt 7 adorarunt. O perfectam diuinitatis no-
ticiam: En infantem: En casulam: En puerperium: 7 tamen pro-
strati precabantur: in carne verbuz: in infantia sapientiam: in in-
firmitate virtutem: in hominis veritate: dominũ maiestatis op-
tulerunt preterea dona Thus deo. Aurum regi. Mirram vero
homini: vt nos illos partiz in vna persona humanitatē diuinita-
tēq; coniunctam coluisse: partim mysterium trinitatis cognouis-
se iudicemus. Magna mihi copia suppetit memorandi q̄ mul-
ta super hijs scriptores cōmentati sint: nisi de cursu iam spatio tē-
pus ad metaz maturandũ admoneret. Maiores nistri. P. A. bu-
tusinodi conciones in solennibus festis habendas instituere vt
memoria rerum a saluatore nostro gestaz quidam igniculi gene-
rosis animis suscitarentur: quibus accensi: aut illius facta quan-
tum possent imitari arderent: aut saltem preceptis eius parere in-
fuescerent: Itaq; in hac celebritate humilitas maxime laudatur
quam inicio ortus sui imitandaz nobis proposuit christus. Quã
quidem ita demum assequemur cum ipsi nobiscuz reputabimus
nos ad deum cognoscendum nequaquã pares esse. Sic enim
stella supernę lucis cor liberum illustrabit: 7 ab his quę corporeis
oculis cernuntur abstractum lumine intelligentię perfundet:
tum pro auro thesaurum cordis offeremus: si coram illo diuine
sapientię fulgore resplendebimus. Thus autem si vanas cogita-
tiones assiduis precibus in ara pectoris incendemus. Et Mir-
ram postremo si carnis luxum incorruptę mentis mundicia at-
q; abstinentia extinguem?. Cũ timore: igit 7 treore vt monet apłs
nostram salutem operemur. Matrem virtutum omnium charita-
tem domini: erga nos: erga proximum imitemur. Spem magoz
in colendo sincere puerũ: in adorandis firmiter sacramentis. Fi-
dem eorum incredendo stellę radijs in obseruandis ecclesie man-

dati habeamus. Prudentiaz ad euitandas Herodis. hoc est dia-
boli fallacias: fortitudinem ad tollerandos longi itineris. id est
vitę presentis labores prestemus: ad nos enim potissimum huius
archana mysterij pertinent. hoc die conuocati fuimus ad salutem
hoc die per legatos a deo veniam impetrauimus: hic dies primū
perdite quondam mortalitati faustus ac felix illucit. Videte ergo
hodierna luce quantum gr̄is alieni cum deo contraximus: confi-
derate quantum ei debeamus qui fecit nos teste apostolo in par-
te fortis sanctorū in lumine qui eripuit nos de potestate tenebra-
rū et transtulit in regnū filij dilectionis sue canente *Hysaia* Gen-
tium populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam et qui
habebat in regione umbrę ortis lux orta est eis. Plato quē phi-
diuinum appellauere cum loqui esset animatus:
quod sit dicere non est ausus hoc solum de eo sciens quod sciri quā-
le sit ab homine non possit. nos vero quibus cognoscendi dei ve-
ri gr̄as fecit x̄p̄s verus deus nonne excitamur: vbi inter mortales
hominem deum nobiscum vixisse intelligimus nonne expergisci-
mur? vbi eundem propter nos acerbam mortem obijisse animadi-
uertimus: nonne ab iniurie licentia. et maleficio nosmetipsos v̄-
dicamus? Quomodo magis annitendū est vt nos tales prestemus qua-
les eos esse decet qui non umbra: et tenebris sed splendore tā clari
syderis ad celestem gloriam excitantur. Sed cum iam singula vt
potui pertractarim: reliquū mihi videtur tanti fastigij maiestatem
orare atque obtestari vt si quid perperam dixi aut lectissimis v̄ris
auribus grauior fui vel cōmuni hominū infirmitati condonetis
vel etati huic meę veniam detis. Sic. P. A. (quos honoris ac ve-
neratiōis gracia frequenter appello) sic inquā ille: qui has aras
hunc cetum: hanc eadem aliarū omniū caput et decus aspicit: seruat
fouet: Beatiss. Pontificem Sixtū litterarū ac sapientię lumen: pa-
cis et quietis fundatorem: et denique virtutum omniū numen et sy-
dus: vestrūque hunc sacratissimū senatum in hac vita augeat et for-
tunet in altera eternitatem merentibus largiatur. Qui viuit et
regnat in secula seculorū Amen.

Alex. Cort. Episcopo. Signin. S.


Quæsiui frequenter Signin. mi. quid nam diutius ageres apud
Dernicos tuos: et cum hactenus ignorarim nuuc primum intelle
ri te rusticari: vel potius rusticum fieri: Venisti ne ad periclitan
tem: iniustine: aut subleuasti quicquid: Prefertim cum Tyronem
me esse nemo melius sciret quam tu: te exclamabam: te desidera
bam: res tamen sine te acta est: et si egrius quæ putaram. Nam ubi
primum suggestum concendi: atque oculos circumtuli: mihi crede Ce
sarem sum oblitus. Sed coram hæc melius. Mitto interim orati
unculam quam cum legeris velim ne parcas
memineris tamen quid libri carent spiritu illo propter quem ma
iora eadem illa cum aguntur: quam cum leguntur videri solent:
vt tuus Cicero ait: Po: cunt hanc plurimi et ii quibus negare ne
queo: fac tua cura mi Signin. ne prodeat ita incumpta. Emen
da quicquid offendet. Esto Aristarchus. Scis. n. quantum tibi de
feram: et quanti te facerem nisi esses Pompenianus: diuerterem
ad Salinas nisi tempos vrgeret petiisti vt scriberem qui valeret
R. Car. Neapolitan. princeps noster virtutum columen: Belle is
habet: et vt solet pacem fouet atque illustrat: ex quo vt dicere sole
mus Oliuerij nomen sortitus videtur: vix hæc alio loco copiosi
us nunquam. n. satis laudari potest integritas sanctitas sapietia hu
ius opt. principis quibus ille vias affectat Olympo. Vale et rescri
be aut potius reuertere. Ex vrbe Id. Ian.


M. L. Pont. Signin. Alex. Cort. S.

¶ Orationem tuam Alexander legi tam accurate quæ auide. Nam
eam et tota illa die qua eam accepi expetiui et proxima nocte ante
quæ eam acciperem per quietem et in somnia quasi a phasmate quo
dam et ab imaginibus tuis perorantibus videre mihi visus eram
Ecce tibi o numen
Sequenti die tabellarius tu
us cum epistola et oratione sustuli manus et ad comites conuersus

exposui in somnia que mane bis eisdem in tentatione narraueram
et in cena ariolatus sum. Hec scribo ad significandam orationis
tue efficaciam ac plane diuinitatem. De ea autem quid sentiam
quid attinet scribere: Ego te noui et tu me tantum. n. abest ut ego
te doceam aut erudiam: ut a te potius docendus erudiendusque sum
cum ego istud tuum ingenium et tantam erga te
benignitatem admirari soleam. Itaque orationi tue manus admo-
nere non sum ausus videbar. n. vulnerarius futurus nisi forte illa
ex integra et nitida mancam mutilamque reddere voluissem. et tan-
quam cicatricosam. Omnia mihi probantur maxime actionem vide-
re video: qui et tue lingue explanationem et vocem et latera et il-
lud ora probum ut de Pompeio magno. usurpatum est noui: Sed
ignosce si te cum pompeio comparauit volui dicere cesarem liben-
ter hic erro et sepe habere vellem ridere tecum et iocari per litten-
ras sed ut spero te propediem videro et totam agemus. ex signia
bernicoꝝ. viij. kl. Februarij. lxxxij.

Lans deo.





MORTY
EISEN
艾生

